



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

I. Quod extra conscientiam Metropolitani non ordinandus sit Episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere. Incipiam igitur adiuuante sancto Apostolo Pe-

Hec usque
ad caput
10. haben-
tur supra n.
epist. Sicut
Papa.

tro, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœ-
pit exordium, vt quoniam plures sæpe emerferunt causæ,
quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, vt de ce-

tero solicitude sit vnicuique sacerdoti in sua ecclesia cu-
ram huiusmodi habere, sicut prædicat Paulus Apostolus,

Ephes. 5.

talem Ecclesiam Deo exhibendā, *non habentem maculam aut rugam*, ne alicuius morbidæ ouis afflatu conscientia no-
stra contaminata violetur. Propter eos igitur, qui vel
ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam discipli-
nam, & multa non præsumenda præsumunt, recte postu-
lasti, vt in illis partibus istiusmodi quam tenet Ecclesia
Romana forma seruetur. non quo noua præcepta aliqua
imperentur, sed ea quæ per desidiam aliquorum negle-
cta sunt, ab omnibus obseruari cupiamus; quæ tamen
apostolica & Patrum traditione sunt constituta. Scri-
ptum est namque ad Thessalonicenses Paulo monente:

2. Thess. 2.

*State ac tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis, siue per ver-
bum, siue per epistolam.* Illud certe tuam debet mentem vehe-
mentius excitare, vt ab omni labe sæculi istius immunis
ante Dei conspectum securus inueniaris. Cui multum
enim creditur, plus ab eo exigitur usura pœnarum. Ergo
quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi
cogimus præstare rationem, disciplina deifica populum
erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta
maiorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsum-
ptione violarent, populi fauorem sequentes, & Dei iudi-
cium non timentes. Ergo ne silentio nostro existime-
mur his præbere consensum, dicente Domino: *Videbas
furem, & currebas cum eo: hæc sunt quæ deinceps intuitu
diuini iudicii omnem Catholicum Episcopum expedit
custodire.*

Psal. 49.

Diss. 64. Ex-
tra consci-
entiam.

Cens. 4.

I.

Primum, vt extra conscientiam Metropolitani Epi-
scopum nullus audeat ordinare. Integrum enim est iudi-
cium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec v-
nus Episcopus ordinare præsumat Episcopum, ne furti-
uum beneficium præstitum videatur. Hoc enim & in Sy-
nodo Nicæna constitutum est, atque definitum.